Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 991
Quelle:
Copyright:

Aliud. Hexam. *Ysaac ligna ferens. aries in uepribus herens* &c.

Aliud. Hexam. *Ne que confundas. ne quid sine pondere fundas* &c.

Aliud ex *Hildebertinis col.* 1232.

Preco. puella. deus. grex. pastor. stella. Sabeus.
Fert. parit. irrorat. stupet. audit. ducit. adorat.

Aliud. Hexam. *Maiestas mira trutinans mea summa uel ima* &c.

Aliud de Evangelistis. Hexam. *Ecce quadriga fidem quadrum dispergit in orbem* &c.

Aliud de Vita Christi. Hexam. sed perturbatum, cujus primum versum puto: *Verbum quo pregnat, cognatam leta salutat* &c.

Aliud de Cruce. Hexam. *Nec Deus est nec homo presens quam cernis imago. Sed deus est et homo presens quem signat imago.* Inter *Hildebertina* p. 1351. Sed v. 2. ibi: *quem sacra figurat imago.*

Aliud geminum sacrae Aedi, ut videtur, inscriptum, prius Hexam. *Qui uelit intrare, scelerum ueniamque rogare* &c. Alterum Distich. *Quisquis in hanc sacram supplex accesseris aulam* &c.

Aliud Morale. Hexam. *Altus ad ima redit. Non altis demon obedit* &c.

De Mortalitate. Hexam. *Omne genus gentis velud unde more fluentis* &c.

Inscriptio, ut videtur, Coemeterii. Hexam. *Vos nunc egressi presentes siue regressi* &c.

Inscriptio Chori. Hexam. *Ordo typusque chori docet ut mens consonet ori* &c.

De Oratione. Hexam. *Primum discatis* &c. Corruptum est Distichon.

Pentastichon structurae singularis, quod adscribo:

Virginitas flos
Concubitus fex
Livor edax crux
Vera fides nix
Ebrietas fax
} *est* {
et uirginis aurea dos
merces sua pessima nex
et ad impia tartara dux
fraus et deceptio pix
nimphę potatio pax
} *est.*

Multa deinceps sequuntur Disticha, Tristicha &c. sacri aut moralis argumenti, atque inter haec non pauca ex *Horatio* depromta, item Aenigmata, quae singula edisserere operae pretium non videtur. Excerpam tamen aliqua.

Virgo Maria dei stella (et?) *clarissima mundi*
Pollet in hoc templo cum presule corbiniano.

Item: